

Cap. XXXVII. De prohibitione incidencium arbores et portacione vituum sarmentorum et laperarum.

- 5 **G**ravamus hos, qui arbores virides vel sicas incisserint alienas, conponere comuni centum sold. par. pro qualibet arbore, et refitiat dampnum domino leso. ¶ Et nulla persona sit ausa conducere aliquas arbores alienas in civitatem Tergesti per totum annum, sub pena octo den. pro qualibet arbore. ¶ Et nulla persona sit ausa conducere aliquas vites
- 10 in civitatem Tergesti, tam suas quam alienas sine licentia domini, a primo die mensis marcii usque ad festum sancti Michaelis, sub pena viginti sold. par. pro quolibet et vice qualibet contrafacta, incontinenti sine proclamatione excusarum solvenda, et quilibet possit eos acusare et habeat medietatem
- 15 condempnationis, et precones teneantur predicta inquirere et contrafatientes acusare, et adhibeatur dictis preconibus acusantibus fides cum // sacramento, et habeant medietatem con- 141 B
- 20 dempnationis. ¶ Sed a festo sancti Michaelis in antea, usque ad primam diem mensis madii, quilibet possit Tergestum conducere vites et arbores suas sine pena. ¶ Insuper nullus audeat, in civitate vel in districtu Tergesti, accipere aliquos lapides vel laperas, tam super muros quam alio teretorio alieno positos, invito domino, et si quis contrafecerit, conponat comuni sold. centum par. et refitiat dampnum domino rei, et quicunque
- 25 acusaverit habeat tertium condempnationis. ¶ Preterea contradicimus quod nulla persona¹⁾ presumat conducere aliquod fassum de sarmentis in civitatem Tergesti a primo die mensis decembris in antea usque ad festum sancti Michaelis, sub pena viginti sold. par. pro qualibet persona contrafatiente,
- 30 salvo quod habentes sarmenta in domibus positis extra civitatem Tergesti illa sarmenta inpune Tergestum conducere possint quandocunque volueri[n]t. ¶ Et quod nulla persona utriusque sexus civis vel habitatrix Tergesti sit ausa in diebus dominicis festivitibus²⁾ sancte Marie Apostolorum et patronorum

¹⁾ Aggiunta sopra il rigo. ²⁾ festinitatibus.